


CITATEM IOANNIS LODOVICI VIVIS

& inaudita, sed ut vetera recognosces. Adde quod Augustini tuumq; scribendi institutum eodem propemodū videntur pertinuisse. Nā ut tu contra Babyloniam pro meliore illa scripsi Roma, ita & Augustinus contra Babyloniam illam veterem Romanam Christianam & sanctiore defendit. Congruit & magnitudin tue nō opus meū, sed Augustini, sub quo ipse delitesco, sive author spectetur, sive materia operis. Author est Augustinus vir deum immortalē q̄ sanctus, q̄ doctus, quale specimē columnenq; reip; Christiane: quo vno multis ritib; multis statutis, morib; ceremonijs pijs ac venerandis est illa innixa, nec iniuria. Fuit enim in vitro illo studiū vberrimū, cognitione sacrarū scripturarū exactissima, iudiciū acre & extersum, ingeniū ad miraculū acutum. Fuit ipse sincerioris pietatis diligētissimus propagator, morib; māsuetissimis & ad charitatē Euangelicā effectis atq; expressis, vitaq; integritate sāctitatemq; insignis & adorandus: que omnia persequi ne volumine quidē iusto post his, nedū epistola. Bene quod de scriptore agimus omnib; noto tibi etiā familiari. Iā opus nō est de filijs Niobe, quod aiunt, aut de portis Thebarū: non de sarciedis vestibus, aut pa randis voluptatibus, nō de agro colendo: que alioqui argumēta magnis sunt quoq; regibus dedicata, sed de vtraq; ciuitate mundi & dei, quibus angeli dæmones, hominesq; vniuersi continemur: vt natæ, vt educatæ sint: vt adoleuerint, quō tendant, & quid vbi ad metam percurrerent, facturæ: que vt explicit, nihil neque prophana prætermis eruditio, necq; sacrae, quod non attingat, & exponat. Romanorū res gestas, deos, sacra, & ceremonias, philosophorum placita, colorum terræq; tū angelorum, dæmonum, hominū originē. Hinc quibus initijs populus dei creuerit, & quomo do vñq; ad Christum dominum deductus est: tum duæ ciuitates cōparantur, dei & mūdi, regnaq; adducuntur Assyriū, Sicyonium, Argiuū, Atticū, Latinū, Persicū. Post hæc quid de Christo vates & ethnici & Iudei prædixerint. Iam dicturus de vera felicitate, opiniones veterum philosophorū de illa confutat & refellit. Deinceps ut venturus sit Christus de bonis malisq; pronunciaturus iudex viuorum & mortuorū. Ad hæc de sceleratorū suppli cij. Postremo de gaudijs piorū & externa felicitate. Atq; hæc omnia mihi ingenio, maximo acumine, eruditione exultissima, stilo mundo & extenso, qualis authorem per omne disciplinarum scriptorūq; gen⁹ versatum exercitumq; & res illas magnas & præstatiſſ. & eos quibuscum disputabatur, decebat: Leges itaq; clarissime & optime rex ijs horis, quastu immensis regni negotijs atq; occupationibus suffuratis, ut literis & ingenij cultui impēdas, simul nōstros cōmētarios degustabis: de qui bus licet mihi dicere, qd Ouidi⁹ de suis fasto rū libris dixit, quiū eos Germanico Cesari mit teret: Pagina iudiciū docti subitura mouet „ Principis, ut Clario missa legenda deo. Quos „ si tibi nō displicuisse sensero, nihil verebor, ne pari alijs probetūr. Quis enim adeo impudē sit, vt à tā exacto iudicio dissentire nō erubescat? Quod si q̄s audeat, tua tamē vel tacita mihi patrocinab; authoritas. Vale optimē rex, & Viuē tibi addictiſſ. quoq; loco numera, modo inter tuos. Louanij, Nonis Iulij. 1522.

IOANNIS LODOVICI VI
uis Valentini in suos cōmentarios
ad libros de ciuitate dei D. Au
relij Augustini Præfatio.



VANDO de Augustino dēcepius opere quantū quidē videbatur, sumus locuti, nunc cum lectorē ipso aliquāto familiarius de hisce meis cōmentarijs libet paulisper commētari. Erasmus Roterodam⁹ vir adeo laudatus à plurimis, vt ad eum gloriæ cumulum nihil sit mea de illo prædicatio aut perparū additura, quiū post Hieronymum & Cyprianū recognitos Augustinum quoq; eundem in modum purgare decreuisset, Nec vni ipsi vacaret tantum operum librorumq; obite, alijs quoq; magnis & præstantibus rebus occupato, alios sibi adiūxit sive operis socios, sive ministros inter quos me etiā asciuit: quumq; alijs quid eorū esset & amplior eruditio, & ingenii felicius, & diligētia dexterior, grauiora mādaset, atq; maiora, mihi libros attribuit de ciuitate dei duos & viginti: quod opus bona ex parte tū rerum gestarum fabularumq; narrationibus, tum disputationibus philosophicis consumetur: quibus rebus bonam ætatis partē videbamus impēdisse, magno quidē conatu ac voto, vtinā pari successu. Theologica tæſti multa inerant, tamē nō ita forsitan, vt alijs libris cerebra, quanq; ab hac etiam sacrosācta disciplina nunq; alieni fuimus, quantum per etatem nostram, & aliarum artium, quę nos mirifice ceperunt studia, licuit. Neq; vero sic sum ad hoc ipse munus electus, tanq; optime rem executurus, fed ne profus nullus esset, qui hoc ageret, reliquis Eralmi amicis alijs ī alias res intētis. Ac, vt verū fatear, arripiū opus ab Erasmo oblatū audiūssime, pollicitus me postremā cōmētarijs impositurū manū ante secundū mēsem aut tertīū. Nā meminerā me olim aliquot ei⁹ operis volumina legisse, quę mihi nec admōdum erat vīsa mēdola, & fatis facilia: ac ei⁹ modi,